



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Eidem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

modum injunxisti ne in diaconatus officio ministraret donec quid super hoc esset agendum nostra suscepisset beneplacitum voluntatis, ipsiusque iterum in alio monasterio collocans nobis humiliiter supplicasti ut cum eo misericorditer agere dignaremur. Nos igitur de tua discretione gerentes fiduciam plenioram f. t. p. A. sc. m. quatenus si alias propria fibi merita suffragantur, ipsum suscipere faciens subdiaconatus ordinem, quem omisit, eidem postmodum auctoritate nostra dispensative licentiam tribuas. in diaconatus officio ministrandi. Datum Tulcan. XIV. Kal. Novemb. anno decimo.

## E I D E M.

Diss. 147.  
Delectio  
Archiepiscopi  
Upsaliensis.

**T**Am per litteras tuas quam kar. in. C. fil. n. S. Sueth. Regis illustris & ven. f. n. suffraganeorum, & dil. fil. Capituli Ecclesiae Upsallen. & aliorum multorum accepimus quod bo. me. Archiepiscopo Upsallen. viam universae carnis ingreffi, dicta Ecclesia, tum propter tuae peregrinationis absentiam, tum etiam propter insolentiam regionis, diu mansit pastoris officio viduata, sed nunc spiritus fandi gratia inspirante in quandam praedicti Regis Capellam V. nomine virum utique literatum & ornatum moribus &, ut credis, virtutibus decoratum, clerus & populus consensu & petitione unanimi convenerunt. Sed quia de legitimo non est matrimonio procreatus, ipsum, sicut vir providus & honestus, in eisdem litteris non electum, sed potius ad episcopale vocatum officium nominasti, humiliiter supplicans, ut quia, quantum humano constare potest iudicio, persona satis videtur idonea, & cleri electione, Regis consensu, ac populi petitione vocata, cum eo dispensare misericorditer dignaremur, proponens quod nisi expediret Ecclesia memorata, ac Regem & populum crederes propter hoc maximè ad favorem Ecclesiae inducendum, libertatem quoque ipsius per hoc nihilominus conservandam, pro eo nullatenus porrigeres preces tuas, cum nulla Ecclesia sit in mundi partibus constituta quæ tantum propter insolentiam populi jugo subjaceat servitutis. Nobis autem cum fratribus nostris super hoc habentibus diligenter tractatum, multa incerta & dubia occurserunt, tum quia ignoramus quantum idem V. defectum in natalibus patiatur, cum multiplex super hoc considerationis delectus debeat

adhiberi tum, quia nobis non constat utrum provincia Upsallen. tantum defecatum sultineat in personis quoad archiepiscopale officium assumendum alia persona non possit in ea magis idonea inveniri. Accedit ad hanc quod cum in ipsa provincia Presbyteri ex prava consuetudine mulieres sibi non metuant matrimonialiter copulare, si hujusmodi consuetudinem intendis de ipsa, sicut accepimus, extirpare, indecens et pariter & absurdum ut ad tantum officium talis assumetur persona qua in exemplum deducta, tum posset propositum impediri. Nos igitur attendentes quod in talibus urgens necessitas & evidens utilitas dispensationis gratiam promerentur, honestati ac discretioni tuae, de qua plenam fiduciam obtinemos, per ap. sc. m. q. circumstanti studiis pensatis, Deum habens praec oculis, auctoritate nostra circa confirmationem postulationis ipsius & postmodum consecrationem procedas sicut ad divini nominis gloriam & christianæ religionis profectum videris procedendum. Ad hanc, propter devotionem tuam & necessitatem Ecclesia Upsallensis necnon & remotionem loci, ne ipsa Ecclesia fatigetur laboribus & expensis, palleum de beati Petri corpore sumptum, plenitudinem videlicet pontificalis officij, tibi transmittimus; ut si forte ad dispendandum videris procedendum, illud eidem conferas sub forma quam tibi sub Bulla nostra mittimus interclusam. Alioquin ipsum ad nos remittere non postponas. Datum Corneti VIII. Kal. Novembris anno decimo.

P. A R C H I P R E S B Y T E R O  
& Canonici sancti Christi Vitterbiens.

**I**NTER vos & ven. f. n. Raynerum Vitterbiens. Episcopum suborto scrupulo questionis super quartam decimaram, mortuariorum, procurationibus, oblationibus, synodatico & quibusdam aliis iuribus episcopilibus, quæ à vestra Ecclesia idem Episcopus tamquam sibi debita requirebat, tandem post publicationem testium & exhibitionem instrumentorum in tales concordiam nobis mediabitibus amicabiliter convenistis ut tam vos quam successores vestri non nisi in quarta decimara & mortuariorum eidem Episcopo & ejus successoribus teneamini respondere, ab alijs autem præstationibus & servitiis eadem Ecclesia libera sit penitus

Epi. 148.  
Confirmatur  
quodam con-  
cordia.

L iii